



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 43. Tredecim Cardinales a Paulo III. Papa creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

## §. XLIII.

Sæcul. XVI.

A. C. 1544.

*Tredecim Cardinales a Paulo III.  
Papa creati.*

**C**oncilio Tridentum convocato Paulus *Ciac. invita*  
 III. tredecim Prælatos purpura de- *Pont. t. 3. p.*  
 coravit, quos inter primus erat Caspa- *688.*  
 rus de Avalos natione Hispanus, primo *Sleid. p. 524.*  
 Murciensis, postea Garundensis Antistes, *Raynald.*  
 ac denique Granatensis & Compostella- *ann. 1544.*  
 nus Archiepiscopus, qui, cum absens *n. 40.*  
 esset, Ecclesiæ titulo caruit. II. Geor-  
 gius Armaniacus natione Gallus, qui ex  
 Archiepiscopo Tolosano atque Avenio-  
 nensi inter Cardinales Presbyteros titu-  
 lo SS. Joannis & Pauli cooptatus est.  
 III. Franciscus de Mendoza, itidem Hi-  
 spanus, Cauriensis Episcopus, ac Pres-  
 byter Cardinalis titulo S. Mariæ in Ara  
 Cœli. IV. Jacobus Annebaldus Gal-  
 lus Archithalassi Franciæ Patruus, &  
 Lexoviensis Episcopus, Presbyter Car-  
 dinalis titulo S. Susannæ. V. Otho  
 Truchsesius, natione Germanus, Epi-  
 scopus Augustanus, Presbyter Cardin-  
 alis titulo S. Balbinæ. VI. Bartho-  
 lomæus de la Curva Albuquerqueii filius,  
 natione Hispanus, qui rexit primo Cor-  
 dubensem Ecclesiam, postea vero Pres-  
 byter Cardinalis titulo S. Matthæi in  
 Merulana nominatus est. VII. Fran-  
 ciscus Sfondratus Cremonæ natus, pri-  
 mo

Sæc. XVI. mo Cremonensis ac Sarnensis Episcopus, postea Amalphanus Archiepiscopus, ac demum Presbyter Cardinalis S. Anastasiæ. VIII. Fridericus Cæsius patria Romanus, ex Tudertino Episcopo Presbyteris Cardinalibus titulo S. Pancratii adscriptus. IX. Durantes de Durantibus, natione Italus, patria Brixienfis, primo Algarenfis, postea Calfanus Episcopus, ac Presbyter Cardinalis titulo SS. duodecim Apostolorum nec non Brixienfis Antistes. X. Nicolaus Ardinghellus, patria Florentinus, Foro-Sempronienfis Episcopus, Presbyter Cardinalis titulo S. Apollinaris. XI. Andreas Cornelius, Venetus, Brixienfis Episcopus, Cardinalis Diaconus titulo S. Theodori. XII. Hieronymus de Capite ferreo, patria Romanus, Episcopus Nicienfis, Cardinalis Diaconus titulo S. Georgii in Velabro. XIII. Tiberius Crispus, itidem Romanus, Diaconus Cardinalis titulo S. Agathæ.

## §. XLIV.

*Petri de la Baume Cardinalis obitus.*

*Ciac. in vita Pont. p. 664. S. Marth. in Gall. Christ. Sadol. in ep. Ludov. Dome- nius.* **H**ic annus non nisi exiguo Cardinalium numero exitialis fuit; eorum enim non nisi duo fati cessisse leguntur, quos inter primus erat Petrus de la Baume de Montrevel Bressiæ ex parentibus Gui-